Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Anaxagoras.

QVOD ERAT OFFICIVM SVSCEPI MVNE
ris: diuino spiritu instruente ac suffragante
ipsa veritate complecimur: cuius afferende
atq; illustrande causam mihi & scia & fides &
ipse dominus noster imposuit: sine quo nec
scire quicq; potest: nec explicari: Veni o nunc ad
id: quod est summum huius opis & maximum: ut
doceam quo ritu: quo ue sacrificio deum coli o
portet: Id est hominis officium. In eo quippe solo summa rerum et omnis bre
uitate ratio consistit: Quippe quidem propterea fieri & inspirari ab eo sumus: non
ut celum uideremus & solem: quod Anaxagoras putauit. sed ut artifice ui
solis & celi deum pura & integra mente coleremus: Quauis aut pce
denibus libris pro ingenij mediocritate defenderim veritatem tamen ex
ritu quoq; ipso elucere uel maxime pot: Nihil enim sancta & singularis
illa maiestas aliud homine desiderat: q̃ solam innocentiam: quam si quis
obtulerit deo: satis pie: satis religiose uiuet: Homines aut neglecta iusti
cia cum sint omnibus aut sceleribus inquinati: religiosos se putant:
si templa & aras hostiarum sanguine cruentauerint: si focos adori
uerint: ac veteris vini profusione madefecerint. Quin & sacras da
pes apparent: & exquisitas epulas qui aliquid inde libaturis offerunt:
Quicquid aspecturarum quicqd opere aut dolore odore pretiosum: id
gratum esse diis suis non ex aliqua diuinitatis ratione: quam nesciunt:
sed ex suis cupiditatibus iudicant: nec intelligunt terrenis opibus deum non
indigere: Nihil enim sapiunt nisi terram bonaq; & mala solius corporis
sensu voluntate ppendunt. Huius arbitrio ut religionem penderent: sic
tocius vite sue acta disponunt: Et quoniam sese semel a celi contemplatio
ne auertunt sensimq; illum celestem corpori mancipauerunt: libidinum
bus frena permittunt tamq̃ secum ablatum voluptatem: quam mortalis
omnibus capere festinant: cum animus ministerio corporis: non ut corpo
ministerio animi uti debeat: Isdem maximum bonum iudicant opes: quas si
bonis artibus assequi non possunt: malis assequuntur. fraudant. rapiunt.
spoliant insidiantur. abiurant. nihil denique moderatum ac pensi habent:
dum mauro coruscent: argento gemis vestibus fulgeant uidissimo venti
opes suggerant: stipatu familiarum gregibus p domorum pplin semper incedant. Sic addicti & seruientes voluptatibus cum uigoremq; mentis ex
tinguunt: & cum uiuere se maxime putant ad mortem concitatissime